



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Collegiis Canonicoꝝ Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt LXXXVIII. Haibacense Collegivm in Germania.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

Ecclesia S. Gangulphi, opidi Flotinensis. Unde dictæ Ecclesiæ foundationem, & patroni miracula, peculiari libro Gonzo, quartus Abbas monasterij S. Ioannis Baptistæ Florinensis descripsit. Præterea legitur in vernaculis Hollandiæ Chronicis, VVulfranno Episcopo Frisijs Christum adnunciante, Sanctum Gongulphum equitem & Burgundiæ Comitem auctoritate & mandato Regis Pipini, potentia sæculari cooperatum fuisse, eumque ob id toto anno residisse in *Medenblic*, & Episcopo petente prima iecisse fundamenta Ecclesię in *Oostvroude*.

Addunt nonnulli Gengulphum, Venantium, & Pharaildem ex materno latere fratres fuisse Sanctæ Gudilæ: quod ab alijs negatur. Ita ferè Molanus in Natalibus Sanctorū Belgij. Quod ad Collegium Canonorum Florinense attinet, Ioannes Placentius in Catalogo Episcoporum Leodiensium tradit, id constitutū esse an. salutis millesimo octogesimo.

## CAPVT LXXXVIII.

## HAIBACENSE COLLEGIVM

*in Germania.*

Collegiata ista Ecclesia in radicibus Alpiū, nō procul à *Murnau* & *VWilheim*, fundata est à Nortberto Comite Hochévartési, ex familia Anderésiū Comitū qui fuit Prepositus olim cathedr. Augustannæ Eccl. & postea

Episcopus Curiensis. Ex Episcopatu illo per Hermannum Saxonum Ducem, post Rudolphum ab Episcopis quibusdam in Imperatorem electum, anno Domini millesimo octagesimo quinto deturbatus monasterium Hainbacense suo ære ædificas ibidem mortuus est, anno millesimo octagesimo septimo. Pater huius Episcopi *Rapoto*, mater *Hemma*, frater *Ortolphus*, soror *Viltruda*, fundatores Hochévvertensis monasterij fuere.

## CAPVT LXXXIX.

## BEATÆ MARIAE COLLEGIUM

*Teneramundanum, in Flandria.*

**I**N opido Teneramundano, ad Scaldim fluvium in Flandria sito, vnica olim erat ante prolationem pomerij parœcia, quæ etiam nunc, totum penè oppidum complectitur, titulo Beatæ Mariæ, Deo sacra. Vetus hic templum ante Normannorum tempora structû hinc apparet; quod illis omnia populantibus, ciues huius vrbis, Dickehuëna translatas *Hilduardi & Christianæ* reliquias hic condidisse memorantur. Factum id putem circa annum octingentesimû quadragesimû sextum, quo barbaræ gêtis metu, Gandauo èt *Bauonis*, & *Pharaldis* reliquias, aliò in tutum delatas, Meyerus tradit. Superfunt autem adhuc eæ reliquiæ, & magna popularium religione asseruâtur. Fuit Hilduardus Tullensium Episcopus: de quo

ex